

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Ioseppi (Hegesippi) de bello Iudaico libri V - Cod. Aug.  
perg. 82**

**Josephus <Christianus>**

**[S.l.], [9. Jahrh.]**

Liber quartus

[urn:nbn:de:bsz:31-65728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65728)

85

# INCIPIIT LIBER QUARTUS.

**E**xinctis thariceis. maxima ex parte romani galileis urbibus ac finibus potiebantur nisi quod gaulanitis discretionis urbs gamala contumacis populi alebat spm locis nixa asperioribus.

Namque ea in monte est sita dextra leuatur a fronte absciditur profundo hiatu in posteriora aliquantum diffunditur. Ab ea quoque parte angusto difficiliq; accessu ut caudae simile iter iudices ad urbem meantibus a summo uestige collum in immensum extendens arcem tamquam caput proferat. atque in sublime erigat altitudinem & ilis a principio & iam sinuato cliuosis anfractibus solo atque in profundum dimeris. dein quasi tendentem quendam ceruicis medio attollens cetera prae rupta atque inuia unde plerique a superioribus camellam uocitatum putant quod formam camellae preferat sed corrupto incolarum usu gamele. nomen urbi inest. iam si contexta aedificia expectes suspensam urbem arbitreris & maxime septentrionalia eius pendere existimes reflexa paulisper meridiana. Ad dederat huic quoque urbi munitiones iosephus. quibus freti & confluentes eo multitudinis numero regis agrippae per septem menses obsidionem luserant. Nam ipsa & sothanis & seleuchia regni eius portiones erant seleuchia. iuxta amoenissimum illud & celebre per sirriam daphnes nemus expressis arboribus intextum secatens frontibus praeter meanti fluuio loci quem minorem iordanem uocant nutrimenta quaedam lacteis uberibus infundit. Est tamen ciuitas & sothannis superior gaulanitis inferior gamalis. Unde & studis dissonantibus ille societatem romanam elegerant. haec rebellabat ad eum pestina ceter ut eum rex propior muris. alloqui eos uell & funde iaculo fauciaretur. Cuius iniuria romani accensi.

uehementius incubuere obsidioni conflictumque  
promptissime a parte utraque quō iudaeis quoque qui  
regem proprium uiolauissent utilia suadentem sine  
ulla uenia se futuros estimantibus. si uincerentur totis  
uiribus deestabatur. Agrippa itaque saxo dextrum  
percussus cubitum bello excessit romani urbem intru-  
pere. Cessit enim hostis missilibus murus arietibus.  
Nam illi qui machinas impediabant nequaquam diutius re-  
sistere potuerunt. & murus trino ariete conuulsus per-  
uuum obsidentibus in obsessor iter prebuit. Sed earum fer-  
tinationis impatientia non mediocrem uictoribus cla-  
dem inflexit. Namque ubi sese infudere domi culus  
dum per scrutant per prae ruptum in respolia contendunt  
cedentia domorum angusta ponderi nutantibus funda-  
mentis ruinam texere & proxima quoque proximis in hanc  
excidio erant multi romanorum illis in uoluit casibus in  
uictoria pestem incidere plerique praetacentes elapsi sedi-  
bus occupabantur. alii lacero corpore uix semineces  
seruabantur. plerosque puluis necabat angustus aetati.  
desuper quoque mulieres & inualidi senes & quidam iunioribus  
refugerant. saxa in subditos deiciebant quaecumque gene-  
ratelorum occurrerunt. Caligo infuderat omnia pro-  
spectum. eripuerat mentem confuderat. ignorantia  
quoque exitum non repperiebat. Uix itaque subtrahentes  
se periculis urbem excessere. Uespasianus interea dum  
urgu & hostem in interiora urbis concesserat. mechusque  
inter agmina circumfusa hostium bellum accendebat.  
Neque enim terga hosti dare tantum conueniebat neque <sup>uiru</sup> etiam  
putabat insiriam direxerat filium titum. Excitauit nouus  
uirtutis conscientiam esse se in arma colligens a se suis elip-  
peis cum paucis quos praesentes habebat. in perterritus  
stetit. quasi in quo sese & ceteris considerans. cuius in per-  
reformidantes iudaei minore uis insistere ceperunt. & in-  
tuentes sibi quisque laxare aciem. ita uespasianus hosti aduer-  
sus paulatim gradum retulit proeliantibus magis similis

## De centurione

qualiter  
uespasianus  
mestus ad  
mos romano  
rum pmissione  
et ipsius deser-  
tione fue-  
rant conso-  
latus.

quam cedentibus illic decem primus cecidit totius multus  
ante bellum probatus. & aduersum iudaeos notus uir expe-  
rientiae & ualide fortitudinis. Centurio quoque cum  
decem alius firmus reme gregiam fecit ac memorabilem.  
Nam in ipso tumultu cum romanos argueri cerneret & in abdi-  
da quidam domos sese contulit. Atque ibi intercedendum  
cum iudaei conloquerentur quaerentis machinati forent  
nocte intempesta omnes eos interfecit. & cum decem mili-  
tibus romano sese exercitui representauit. Uespasianus  
autem ubi mestum exercitum aduersi plurimorum amis-  
sione & maxime deserti ducis pudore quodeum solum in-  
tra urbem hostium dereliquissent. Cum summa eos gratia  
consolabatur dicens. Si mei esset periculi uerecunde uobis  
est. Ne ego sic ad bellum processeram ut declinarem  
pericula sed usurparem. Si uero quia & denris plerique  
interfecti. nequaquam mirandum quando enim uic-  
toria ulla sine sanguine est habent proelia suos euen-  
tus. & si spectata uictus preminere soleat in bello. Sol &  
tamen aliquid lacere casibus sed prudentis est in aduer-  
sus lapsum corrigere in prosperis moderationem tenere.  
Contra autem rudis cuiusdam atque ineruditi ingenu se-  
cundos semper successus praesumere quasi non aduersus  
uiros certamen sit. Infirmi autem lapsu aliquo summe  
rei diffidere cum exiguis momentis subito inclinentur  
omnia quae in bello geruntur. Itaque ille prestantissimus  
quinter aduersa sobrius conluctatur casibus. & supplan-  
tat superiorem sequere parare & colligere propriasque  
reparare prolapsiones. At uero incuriosus suis sepe motibus  
cadit & dum inruit incautus impetu suo fusus procumbit.  
Quod si hoc sepe accedit ubi nuda uictus. Quanto magis in bello  
ubi diuersi generis conserita deestant agmina nec unum  
consilium. nec consors sententiae est locus aduersus diffi-  
ciles asperitates. In qua angusta deestandi conditio plu-  
rimis aduersum paucos. Cum & ipsa multitudo sibi oneri  
sit & pauci in pluribus minus frustentur. sed haec ad mome-

tum sepe abrepunt quae non exiustite ueniunt sed casu  
accidunt. Unde nihil est quod uos angere debeat commi-  
liones. quia non per infirmitatem aliquam manus urae.  
neq; per fortitudinem iudeorum uerseris sed difficultas  
locorum nobis aduictoriam in impedimento fuit. illis addis-  
ferendum more neq; quicquam est quod argui possit nisi  
inconsultus impetus atq; inconditus. & enim dum ad supe-  
riora urbis illos sequimini atq; inruitis in domibus eorum  
ipsi uos periculis incauistis. quorum successistis hospitia  
suscepistis pericula tenebatis urbem quis uos cogit in-  
trorsum pergere. descendere ad uos hostis debuit non uos  
intemperantem aduictoriam in memores & de iustiti-  
bus uris. non solum consolationem sed & iam quodam-  
plius est uindictam praesumite me certe habetis prae-  
uium pugnae. Estote parati animis pericula uos fortio-  
res fecerint. non timidiores facile est iniuriam soluere  
si uultus se recognoscat. His dictis accendit militum for-  
titudinem quibus reparantibus uallum pleriq; perpre-  
rupta subtraxere se obsidioni. Nam iam & alimoniarum  
inopia incessabat & infracta muri celsura macinis ar-  
bitrabantur. Unus deinde fons intra urbem & ipse  
muris proximus erat quaeres eos in summo timore  
posuit ut frequentissimi dilaberentur. Qui uero perma-  
nendum putauerunt pertinaciter proeliabantur.  
Inter ea romani turrem altissimam suffodientes maxima  
subruerunt. Quo casu concussa ciuitas perturbationem  
nes totius urbis pauentes ruinas. Unde & Chares aeger  
corpore tanto terrore sonitus exanimatus mortem im-  
pleuit romani tamen pate facta urbe ingressum abste-  
nuerunt. Donec titus ingressus & dolore patrum periculi  
exitus cum paucis in urbem inruit. & maximam iudeis  
cladem inuexit. Tamen qui in superioribus erant saxa  
uolentes accessum prohibebant romani spicula torque-  
bant sagittas iaculabantur. iudeis impulsis facile in-  
prorum saxa aduoluebantur. missilia perueniebant

descendebant sagittae non sine eorum periculo quos  
 offenderant. romanis aduersum editis iactus inefficax.  
 conatus irritus atq; ipsis periculosus cum iudeorum  
 retorquebat sagittas repellebat spicula quae uero  
 romanus exercitus iaculabatur in hostem ferebat. ita  
 elementorum ipsorum repagulis & uentorum turbibus;  
 oppressi supremo excidio capte urbis uniuersi quicūq;  
 repperisunt interiere. Quattuor milia tamen roma  
 nis interfecta. quinq; milia precipiti operis se accepi  
 mus. nulli & citi uenia data gischala adhuc sola de partib;  
 galileae in se hostem non conuesterat. quō incolarum  
 eius quietiora ingenia utpute plebis egressis contenta  
 suis fructibus nihil belli cum ferebant sed multorum  
 coalitu qui latrocinio uitam exercerent sua & iam initio  
 rum studia prauis morib; corrumpabantur.

Erat praeter ea uir leuis iohannes nomine indigena populi  
 iudaeis nulli uersitorum secundus improbitatem parem;  
 nescius cui numquam defuerit. nocendi affectus. aliquam  
 diu tamen fuerit inopia exercendae. iniquitatis impedi  
 mento. quid tamen de finiam aut liquido sciam. utrum  
 eum indigentia texerit an represserit doli callidus fallen  
 di artifex mendacis. fidem quaerere & crudelitatem con  
 positus adsciscere. Qui fallacia uirtutem putat & elegan  
 tia ducere carissimos circum uenire. promptus ad conspiran  
 dum. uehementis ad audiendum. acer ad efficiendum. contur  
 bator initio. defektor in periculo. ad suetus latrocinis. bello  
 rum insolens quicum persequi nequit & serere tamen  
 parandae causa dominationis. Huic igitur animus in quiete  
 prompta audacia quam processu thabebant opesque  
 ad consociandum perditorum manum. unde cum eius fac  
 tione memorate urbis populum excitare ad bellum ues  
 pasianus conperisset nec otium exercitum fatigar & filium  
 titum cum ille equitibus direxit. Quib; comitatus ad ur  
 bem adpropinquauit. sed ubi muros populo uidit refestof.  
 mirari se ait quodeorum exemplum sequerentur ad repel

deio hauris  
 auda nequi  
 cur

desertor  
 quatuor

landum. Quorum excidio resipiscere debuissent.  
Est tamen quod prima temptamenta habuerint aliquid  
praesumptionis. Quid uniuersorum excidia spei ferrent ue-  
niabilis certe fuerit in principio. spes libertatis inexorabilis  
tamen est in ultimis & desperatis rebus perseuerantia. Nam  
qui non exemplo humanitatis non sedulo uerborum monito  
flectuntur aduersum eos. non uerba sed arma necessaria  
sunt. Maris fudit quasi aduersum romanorum iustitiam  
illos protexerint. quid aliud possunt clausi praeferre cir-  
cumfessi praetendere. nisi quod in captiuitate audaces sunt.  
Nemini erat loquendi potestas occupauerat omnem muro-  
rum ambitum praedatoria manus cauebat iohannes ne quis  
conloquio familiari romanos inuitaret. itaq; ipse prae-  
ripuit sermonis relationem dicens. Libenter se tractatum susci-  
pere de rebus communibus; nec experiendi usum declinare.  
si forte ipse utilia suadeat. aut his quaere referuntur ad quies-  
cendum sit. sed prohiberi se lege patriae actum super sit eb-  
domadis. sacrae dies tractare de pacis conditionibus siquidem  
ut mouere arma interdictum ita & iam illicitum consilere  
de pace feriatis diebus. Et enim a negotio urbis saltem de-  
cernere. & illis sacrilegium quicogerentur. nec illis multum  
quicogerent ueniam. si unius diei poscere dilationem tamen  
exiguam. nequaquam in impedimento futurae. Neque enim cir-  
cumfuso hoste effugium lapsis liberum offerre sibi arbitria  
pacis. tam aequabili optione. Formidinem abesse argueri  
se interim non oportere ad pacis consulta quibus religionis  
esset legem patriam non praeuariicare. Conuenire autem tam  
liberali pacis oblatione. ut qui praeter spem sponte offerat  
pacem ne qui periditetur euasuri & iam leges suas reseruet.  
haec sine dolo titus allegato arbitratus recepto quicetint  
& reuocauit amuris. quos secum deduxerat. ita iohannes fu-  
giendi adeptus copiam nocte intempesta cum plerisque obsequi-  
sequebantur & iam mulieres prociscentem. sed quod ulterius  
progrediebantur uiri eo plures mulieres uel paruuli relinque-  
bantur deserteque a suis spectabant pauidae uiae feminae &

iam uiros proprios e conspectu emitterent hostem adesse  
 arbitrabantur ad omnem trementes sonum. si quis curre  
 re & misere misere conuertebantur sese peti sibi catenas  
 inuicem trepidantes quasi iam praesentes essent qui timebant.  
 Titus iuxta conuentum item sole infusum ad urbem cum exer  
 citu contendit. aperiuntur postea egreditur populus cum ex  
 ultatione & Romanos cum laetitia suscepit & alacritate ab  
 ipse gaudens pestilentem uirum fugisse pernoctem sibi liberi  
 iudicii facultatem datam orare se ueniam ne fraudi sibi esset  
 eius fuga quam tenere sine sui exitio non possent ille dilatio  
 nem uindictae consolatus consummat negotii celeritate  
 ad comprehendum iohannem euestigio plurimos misit  
 si forte eum consequerentur. Ipse urbem ingressus minus  
 magis quam supplicis affectis contentus pacis perturbato  
 res. Remisit omnibus nequis uel odio uel domesticis excita  
 tus negotis. innoxios in inuidiam deducere & grauissimi  
 criminis pulsare & atrocitate cum multo tolerabilius sit. id  
 quod incestum est. formidini participis conscientiae derelin  
 quere quam condemnare innoxium. Saepe enim corrigit  
 metus. poena autem innocentis sine ullo remedio correctio  
 nifest. Iohannes itaque est reperiendus ab his quos di rexerat titus.  
 Sed reperi qui sequebantur eum paruuli uel mulieres. ad duo  
 milia fere interfecti. tria milia autem infirmae aetatis  
 & sextus ubi satius necandi. facta captiuitate adiudicata sunt.  
 Custodiam militarem ciuitati in pestiuit. Itaque galilea omnis in  
 potestatem romanam deducta. Nam & tabirius mons cuius  
 altitudo triginta stadiorum. Uestis autem ipse campestris.  
 uiginti & tribus stadiis iacet. Penuria aquae ab alis defectus  
 ab alis orata uenia romanis traditus. Licet uirtute quoque  
 & industria placidi. Cuius negotia uespasiano commissum  
 fuerat. hominis commissum dum cedentem sequitur.  
 ita reuocantem raddum per urgues. campum medio circumfusa  
 refugium amiserit. Pestem inuenerit dum templi sancti a maioribus  
 conditi & sacrilegi contagia refugientis. circa alias urbes sti  
 liam occupamus. Sed iam tempus est ut que hierosolimis gesta

de galilea

de hierosolimis  
gestis.

sunt adori amur. Non ingenio fr̄i sed ne patria elegi uete-  
riq; cultui. nostri doloris uideamur negasse ministerium.  
Fuerit licet in illis umbra non ueritas. sed tamen umbra de-  
signat ueritatis uestigia. habet enim umbra picturam lani-  
amenti fulgorem non habet. Nec ad summam perfecta est  
manus. sed diligenter intuentib; futura exprimit. Et ideo  
minus delectat figura plus allicit gratia. Unde placuit  
rerum arbitrio abolere uetera. noua condere. Ut uerita-  
tem sequerentur qui per angustias infidelitatis imagines  
non sequebantur. Ut supra diximus de galilæe fugiens par-  
tibus iohannes ad hierosolimitanam urbem se contulit.  
Et quasi quedam pestis infectis animos conplurium. qui ex di-  
uersis regionib; principes flagitiorum. eo quasi insentina  
confluxerant. hoc enim illi urbi maioris causa excidii fuit.  
Quia quod scelerib; suis deferrebant perdit. ut eo conueni-  
rent. pleriq; ubi uel tutiores se fosse crederent. uel insolenti-  
tiores ad flagitia coaceruanda fidei deferre estimabant.  
Recipiebantur itaq; passim quasi pro templi amore defensuru  
uenirent. Haec prima labes malorum hinc oppressa est  
paucorum mansuetudo. per plurimorum insolentiam.  
Hinc itum incedes cōminus parceret alienus. hinc conspira-  
tum ut legis sollempnia neglegerentur. Sacerdotia ab omni-  
bus ad improbos deriuarentur. Quod hominibus quoq; confesti  
manum atq; in se elisi incurrerunt. Interficiebantur alii  
in flumine ruebant. qui ipsa sua ruina. & alii alio impliciti  
demergebantur. Pleriq; & iam aestimantes quod possent  
preter gredi sese fluuio dabant. gurgitum uis. aut flumi-  
nis ictus abripiebant. & si quinatandi usu sup aquas procer-  
serant ac fluentes subter labentib; se suspenderant. aut  
arborum ramis inpediti flui deducebantur. aut ipsi se  
caudicibus oppressi. animam ponebant in flumine.  
Sæpe & iam natandi indoctus. ubi natantem adprehendit  
sæ tenebat ut ipse pariter euaderet. Sed ad strictum  
brachis defatigabat donde uterq; mersus alter alter ex-  
forat. Ac si quis fosse secundo amne decurrens euasurus

aestimantur. Insuebatur sagittis ac subitore supinus.  
 cessantibus brachiorum remigibus interiebat. fuere & iam  
 quinatare nesci dum expectem dolorem. moxtem requi-  
 runt. editiori parum thoro influuium sese excutere  
 uoluntarii. Alii arenoso ingressi litore merso uestigio  
 deprimerentur. Pleriq; & iam saxorum teretium  
 lubrico. aut uadolis. offensis locis instabili fluctuan-  
 tes gradu. fluentis sequentibus; obruebantur. cesa ferro  
 tredecim milia. Innumerabilis aut multitududo fluuio  
 consumpta. praeda ingens deouum gregibus; & camelorum  
 atq; asinorum. & bouum facta. quae licet & strages hominum  
 maxima fuerit tamen uero maiora aestimabantur.  
 Quia non solum regio omnes repleuerat cadaueribus  
 humanis cum dispersi ac palantes. quibus; cumq; in locis  
 comprehensi fuerant interimerentur. Verum & iam  
 & iordanes ipse defunctorum corporibus obstructus  
 cursus proprios dirigere non possit. Asphaltius quoq;  
 laccus cruore & uisceribus; defunctorum mutare naturae  
 speciei suae. In quem omnia quaecumq; iordanes ad  
 traxerat inuehebantur. Deniq; nonaginta duo milia  
 & ducentis illa die iudeorum repperisse aestimati.  
 Aquingentis tantummodo aequitibus; & tribus milibus  
 exercitus pedestris. Progressus quoq; ad ulteriora placi-  
 dus abs lam. & ualadem. & bethesmon. & omnes uicos loci  
 ipsius usq; ad asphaltium laccum romano imperio restituit.  
 Scassis quoq; inposuit milites a quibus; uniuersi quinlacum  
 memoratum confugerant extinguerentur. Itaq; & haec  
 omnia usq; ad maceruntan recepta. Uespasianus tamen  
 tempus proeli expectabat. operiebatur quometropolim  
 totius iudeae exercitu romano adoreretur. Interq; occu-  
 patoribus; sibi creditis motus noui ex gallicanis partibus; insi-  
 nuantur quod anerone potentes quidem romane militiae  
 uiri descuissent. Quo con. to cupiens intestina bella ac sume  
 rei totiusq; romani imperii periculum confecto in oriente belloq;  
 tumultu leuare. Utrerū scitarum nuntius motus om̄ italiae

quam  
 strages

pedem sub  
 traxissent

uel conprimeret uel preueniret. ubi primum seua hie-  
mis temporata ueris principia cum maiore parte exercitus  
decesaria iter mouit accepit eum antipatris nomine ciuitas  
appellata. Inde procedens exurebat uicos necabat eos quos  
reppererat alienos. Ac maxime idumeis uicina quaecumque  
offenderat depopulabatur. Quod in quicumque genus ho-  
minum bellis potius quam otio. uel qui & amicum foret.  
Duos quoque idumeae uicos legarin. & chaphastorem eorumque  
incolas comprehendens maximas tragelabe factauit.  
Siquidem supra decem milia uirorum perempta mille  
captiuos abduxit. Reliquum uulgus expulit ut ibi consti-  
tueret manum suorum quia montana locorum. regiones eius  
latrocinis infestabantur. Ipse cum exercitu amathun  
reperit quae de aquis calidis uocabulum sumpsit.  
QUIDAM QUARUM UAPOR SIRO SERMONE AMATHUS  
APPELLETUR. GRECE UERO TERME. FONS CALIDUS INTRA  
MURIS. Quod aquarum uapor siriae sermone amathus ap-  
pellari fertur terme igitur grece dicitur eo quod calidum fontem  
habet intra muros. Deinde per samariam iuxta neapolim iericho  
eo contendit ubi occurrit ei trianus multa manu agens ex his  
qui ultra iordanem siti per eas regiones populi in ditionem ro-  
manam uicti reuesterant. Nuntio itaque aduentus roma-  
ni exercitus plerique ex urbe iericho quod eam in tutam uideret  
in montana hierosolimitane regionis sese contulerant. Resi-  
dentium turba omnis consumitur. neque enim difficile fuit ur-  
bem properato capi. Quia nec naturali fulta esset munimine  
& asius esset debellantibus. deserta ac destituta. Urbs condita  
in campo cui supereminet mons diffusior & nudus gignentium.  
Namque secundum septentrionalem plagam usque ad scythopolis ur-  
bis terram extenditur ex parte meridiana usque ad regionem  
sodomitarum & asphaltum fines diffusius habetur. Agrum  
autem etheri unum solum. & ideo desertum ab incolis. Quod sine  
ullo usu esset cultoribus. naturali sterilitate. Aduersus hunc montem  
supra iordanem cuius exordium auiliade. & plaga septentrio-  
nali adsurgit. Ipse autem pretendit in meridiana usque

ad sobaros arabiae p̄tre conterminos. Ubi & iam mons est  
 usu u&erum ferreus nuncupatus. Inter hos duos montes  
 campus iac&. quem propter magnitudinem quod in multa  
 spatia porrigatur. Veteris usu incole magnum appellauere.  
 cuius longitudo triginta & ducentorum stadiorum latitudo  
 centum & uiginti. ex ordium a uico genu abari finis usq; ad  
 asphaltium lacum. Jordanes eum medium campum interfecat.  
 Non solum in offensa sed & iam adiuncta gratia uiri dantibus  
 ripis fluminis alluione. & succedentib; asphaltio & tiberiade.  
 Unus fontis & utroq; diuerse qualitatis. Lacus namq; alterius  
 aquae sapor salis & sterilis usus. Tiberiadeis aū dulcis atq;  
 genitalis. Sane in dieb; estatis in modicus p̄ spatia campi exestuat  
 uapor. Unde coalescente uitio nimie siccitatis atq; humi  
 arido corruptio aer miserandas incolis conficit egritudines.  
 Arida sunt enim omnia propter ora fluminis. Deniq; in re  
 mitiorib; excrescit. & fructus arborum siquidem & copia  
 uberior & fructus palmarum opimior est. Qui supra ripas  
 iordanis fluminis gignitur. Alius longe exilior. Est & iam  
 iuxta hiericho urbem fons habundans atq; idem uberior  
 ad potum. pinguior ad mirigandum. Quem hiesus naue  
 natione hebreus. manu ualidus. primum genti eripuit cana  
 neorum. Is in principio corruptior habitu. sterilis ad ge  
 nerandum. Potantib; usui parum salubris.

**QUID ORATIO. HELESEI. PROPHETAE. DE AQUIS  
 STERILIBUS. OBTINUISSE FERATUR.**

Unde rogatus ab incolis heliseus proph& . idem qui heliae disci  
 pulus & tanto successor. Nequaquam indignus magistro ut  
 hospitalitatis suae mercedem relinquer&. quos uisita uerat locis  
 & corruptelam aquarum leuar&. Remedium dedit sicut reg  
 norum u&us scripturae docent. Us fictile cum sale deferri sibi  
 quod accipiens deiecit in fontem salis & dixit. Sanaui aquas istas  
 & non erit in his moriens. Neq; sterilis ab eis. Et sanatae sunt  
 aquae secundum uerbum inquit helisei prophetae. Ex illa itaq;  
 benedicti salis infusione temperatae aquae ora fontis sc̄ificati  
 aquarum meatus ut dulciores potus. Venarum scatur rigo

effunderet. & omnis illa dulcesceret. amaritudo aquarum uberioribus fructus terra daret. Generande quoque subolis optima successio largam posteritatis copiam subministraret. Nec deficeret genitalis aqua cunctis magna gratia piastorum fidelibus; studis tanti prophete benedictionibus adspirauisset. Conuestit itaque naturam aquarum adpreces prophetae caelestis oraculi resultatio. Continuo quoque sterilitatem depulit. fecunditatem infudit. coepere illic crebrescere generationes hominum fructus terrarum.

**S**ucus qui ante ieiunus & amarus. Inter necare solitus sita tristitia quae bibentium ora torquet. fertilitatem solo potantibus suauitatem infunderet. ut si breuiter culta contingat plus prosit quam ubi diutius inrogauerit. Est enim noua gratia ut profectus redundantiore sit. Ubius minor & ubi amplius quisquam usus fuerit. ibi minor fructus sit. eoque plus ceteris fontibus rigat. Quia uel exiguam eius habundat ad ubertatem. Denique campus circuiacit septuaginta stadiorum in longitudine. xx. in latitudine patens in eo mirabilem ostendit gratiam. Cernas si uia palmarum genera tantamque dactylorum dulcedinem ut mella defluere spectes. haud ceteris inferiora. Sunt & iam illic prestantissimi camporum fetus. Nec mirum ubi tam diuersis in balantes floribus paradisi suauis fundunt odores. Illic opo balsamum gignitur quod uideo cum abiectioe significauimus quia agricolae costice tenus uirgulas in adunt eas in quibus balsama generantur. Ut pillas cauernas paulatim destillantur humor se colligat; Ceuerna autem greco sermone opo dicitur. Illic cyprum. illic miro balanum nasci ferunt. Et alia istius modi quae in multis locis haud quaquam repperiuntur. Aqua ut cetera fontium. illic tamen prestantius aestate frigida. hieme tepens aer melior ut summa hieme lineis incolae utuntur ex unguentis dumentorum. Nunc asphaltu lacus qualitatem spectent.

**M**elius est enim in locorum ueterum descriptionibus; uel ceterorum elementorum miraculo. Quam iudaeorum seditione

Inter necare pro  
interimere.

de pal  
samo.

Cauerna Latine.  
Graece. opo dicitur  
Cyprum miro bal  
lanum.

nib; studium occupare. Siquidem ista flagitia mentem  
 exasperant. illa demulcent animum dum recessentur  
 & ad veteris historiae reuocant cognitionem. Nobis autem  
 incultius ingenium est. Cordi est patrum ex egipto egredi  
 entium usque interram re promissionis repetere uestigia.  
 Et sicui forte nostra in manus ueniant non nostra legant sed pa  
 trum relegant. Dulce est enim inter maiorum uersari  
 habitaculo. & ueterum dicta factaque recensere memorie  
 atque in eorum inherere gratiae. Sed iam siue naturam  
 siue qualitatem aquarum exprimamus. Nemo noster quoque  
 in eolacu excutiatur stilus. ex quo omnia quaecumque mer  
 genda putaueris. uiuentia tamen resilere optimo est.  
 Et quamuis uehementer in lisa statim excuti. Aqua ipsa  
 amara & sterilis nihil recipiens generum uiuentium.  
 Demque neque piscis neque ad submersas aquis & ad mergendi usum  
 patitur auis. Lucernam accensam ferunt sup nature sine  
 ulla conuersatione. Extincto demergi lumine quamuis di  
 mersum ante quod uiuat difficile haerere in profundo.  
 NATURAM AQUAE. CUIUS DAM LECCE. QD. NIHIL. RECIPIT. UIUENTIU.  
 Demque uespasianum ferunt precipisse natandi ignaros reuinc  
 tis manibus in profundum deiici. eosque omnino ilico sup natasse quasi  
 spiritu quodam uenti leuatos. & ad superiora ui. magna repulsos re  
 siluisse. Multa fabulosa de hoc lacu plerique aestimauerunt quae  
 nobis expestitis ueritatem rei promere nequaquam consilium fuit.  
 Mutari & iam ter in die colorem aquae & ad radios solis uarie resulgere  
 non placuit prouero locare cum sit ipsius aquae lacus obscurior ceteris  
 aquis & quasi adusti preferrent similitudinem cibi. Certe si ad radium  
 solis & ipsa resplendet nihil nouum & quasi promiraculo promendum  
 cum hoc commune sit aquis omnibus. Uagari sup aquas bituminis gle  
 barum cestum est atro liquorae quas scaphis adpropinquantes colligunt.  
 Quibus immuneris est herere sibi festus bitumen ut ferro haud quaquam  
 uel alia propter acuta metalli speciae recidatur. Sanguini sane  
 cedat mulierum quae menstrua soluentes lauari feruntur. Cuius  
 ad tacta uel urina aut alligant quibus experiendi usus fuit inter  
 ruptio proditur. Ut ilis autem ad conpagem nauum festur & cor

porib; humanis salubris admixta medicamentis. Longitudo  
lacus eius usq; ad zoaras arabiae dirigitur stadiis quingentis  
& octoginta. Latitudo statibus centum quinquaginta usq; ad ui-  
cinam sodomarum. qui condam uberrimam regionem inhabitant  
habundantem fructib; distinctam quoq; urbib; splendidissimis  
nunc aũ ea locorum deserta atq; exusta incendiosunt. Nam cum  
omnia illis dñs suo contulisset munere arua frugum feracia: & ui-  
neis & ceterisq; fructuosis arborib; rus consitum. Ingrati nec pre-  
oculis habentes potentiam dñi summi. quasi non omnia cerneret  
omnia exspectaret & flagitia. Nihilq; esset quod illum latere  
aut pretereire possit. Ita intemperantiae suae probris miscere  
uniuersa ac polluere coepere. Quib; diuinam traxere offensam  
& pro scelorum pretio de caelo descendit ignis qui regionem illam  
exureret. Quinq; itaq; urbes incense quarum umbra quaedam  
species in fauillis uidetur arserit terre. Ardent aquae in quib; caelestis  
ignis reliquiae recognoscuntur. atq; illic manent species ad speciem.  
poma uiridantia formatos uuarum racemos. ut edendi genere  
spectantib; cupiditatem. Si carpas fatescunt ac resoluuntur in ce-  
nerem. fumũq; excitant quasi adhuc ardeant. Haec propter im-  
piorum supplicia de sodomitana territorio conpta silentio obduce-  
re non oportuit. His enĩ decussis remunerationem pui fore dubitari  
non potest. Vespasianus itaq; proxima quaeq; hierosolimitanae  
urbis castella uel urbium munimenta distributa exercitus romanus  
uel sociorum subsidio replebat ut aduersa sibi omnia cognoscerent  
quae ante conspiratura secũ ad bellum contra romanos gerendum  
arbitrabantur. Nihil hominis & iam lucio anneo gerasam desti-  
nato insidus urbem coepit mille & iam iuuenes interficit. Quib; pre-  
uentis exempta est fuga captiui abducti plurimi atq; uniuersorum  
patrimonia militib; in uasa precepto ducis possessiones quaerepan-  
tae fuerant exurebantur rapinae exercebantur licentia uastabantur  
omnia montana atq; campestria quib; hierosolimitana ciuitas cir-  
cumfusa bello undiq; ardebat. Nec ferati erant hierosolimitani ali-  
sensu periculorum quib; omnes interclusi erant exitus. Ne quis fugae peri-  
culo eximeretur. Intus in alium intestinũ foris clausa omnia neq; maneri  
diuoluntas. neq; fugiendi erat copia & si quis a romanis ueniam traxit

Quid de gomorra  
& sodomia dicat.

De pomis urbium  
sodomorum.

De castellis  
hierosolimae.

De hierosa  
urbe.

quomodo a ro-  
manis obsessa  
hierosolima  
fuerit omni  
a chitu inter  
clausa.

fugio sperauerat a suis egredi prohibebatur. Regressus erat uespasia  
 nus in urbem caesarem ut inde collectis omnib; quib; adorari & ur-  
 hierosolimitanae urbem obsidionem. Cesu neronem testio decimo ex  
 acti imperusui anno cum iam de anno sequenti octauum diem degeret  
 dignus ea poena quoniam solum sacrilegio pietatem parricidio pudicitiam  
 in ceste uolauerat. Sed ipsam quoq; potestatem romani imperu. cuius  
 uel officia uel negotia improbissimis libestorum commiserat. Cum  
 enim ipse nulli fidem seruaret & omnes suspectos habebat. Et ideo ne-  
 quissimis se nimis fidio & gemellino precipue credendu putauit.  
 Quos uis conditio obnoxios fecerat. sed & ipsi exemplum crudelitatis  
 eius aliquando portuere. Et quia carissimos sibi quoscunq; interemerat.  
 uiendu inserati preuenire uoluer quodm&u habebant. Itaque  
 facta cum ceteris conspiratione parricidam deserunt cui enim parti-  
 curus estimabatur. Qui matri non peperit & desertus igitur ab om-  
 nib; suis fugit ex urbe cum quatuor. Libestus uis & cum se argueri im-  
 minentib; conuatis atq; agnune aduerso uideret. in suburbanum  
 rus se clanculo concessit. Duscus & aceratus sentib; cu formidata  
 quoquam uideri ne proderetur. Deinde cum se circumseptum intel-  
 legeret ne graues poenas exigerentur. Maganum quoddam  
 sibi deligno parauit & manib; composuit suis quose necaret. Et ad li-  
 bestos conuersus qualis inquit artifex moritur. Ita aceruissimus  
 parricida dignum meritum suis uitae & scitum tulit. Ut qui matrem  
 ac suos occiderat nec sibi parceret. Uere bonus necis suae artifex  
 qui comentus est ut sic periret ne uel mors sua scelere uacaret.  
 fama itaq; interfecti neronis preuenerat more ingeni humani  
 cuius est ubi cupita acceperit cetera non requirere sed statim  
 dissipare atq; in expletum in uulgus mittere quod delectauerit.  
 & multo post tam galbam romano imperio preesse innocuit. Unde  
 sententiam noui principis de bello iudeorum excitari uespasiano con-  
 silium fuit. Misitq; titum filium suum & regem agrippam titus de-  
 achahia reuestit. Conpro quod & iam galba septimo mense ac die ad-  
 sumpte potestatis exutus insignib; poenas luit. In medio sinu  
 urbis id est romano foro. Et othonem potitur reb; secundis ac  
 successu imperiali agrippa romam contendit ut apud nouum prin-  
 cipem locaret gratiam titi plurimis uisae paternae pietatis reue-

denuntio inter-  
 emptiois et co-  
 memoracione  
 prauitatum  
 neronis.

Demostre  
 neronis.

calbam impe-  
 rio romane  
 post neronem  
 pro esse

De praetoribus  
simonis.

rentia quam principalis potestatis quod inconsulto patre si per  
tenderet. Ne ipsi quidem principi placitum putaret. Certe ex  
tus docuit oportune eum redisse ad patrem rebus; nouis & incestu  
quouergerent. Denique & iam uespasianus anxius de totius  
imperii romani ac patriae statu. bellum suspendit atque impe  
tum tenuit suum. Post habitis quae in iudeam gerebantur  
praetorius summae cura & pia erga patriam sollicitudine.  
Sed iudaea non feriebatur quae grauius bellum inter suos qua  
